

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Expenduntur sigillatim casus, in quibus locum habet prædicta compositio.  
§. 2

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

etimè ab statu peccati resurgentem, hac remissione facta obligationi satisfaciunt, & peccatum depellunt, illaque elemosyna, eti minimas, eti p̄ius tamen multiplicata non leue subſidium conserit ad infideles contendingos, & debellandos; nos trāmque catholicam fidem augendam. Quæ nequaquam obtincentur, nisi gravis illa quantitas sub leuis elemosyna erogatione remitteretur: ex alia etiam parte bona illa, quæ remittenda fuit, Pontificis, vel Regis distributioni competunt, cum sint sub Regis, vel Pontificis editione. Ergo est validia, & licita eorum distributione, & remissio. Solum esse poterat difficultas, quando bona remittenda per se alteri Reipublicæ, & gubernatori, quam Pontificis, vel Regi Hispaniarum pertinet. Et in hoc calu etiam existimo, licetiam, & validam esse hanc Pontificis remissionem. Nam, cum satis dubium sit, sub opinionēque potuisse, an bona incerta iure diuino, & naturali debeat reipublica concedi, vel possit ipse, qui possidet, ea retinere, dum dominus non compareat, merito summus Pontifex, ne hac occasione fideles aliena surripuerent, & aliorum bonis in graue conscientiam prauidicium ditarentur, praecepit in cap. *Cum tu, de usura*, ut omnia iniqua pars pauperibus restituenter. Loco ergo huius restitutio contentus est Pontifex illa leui elemosyna doonor argenteorum, reliqua debiti parte remissa, ob bonum fidelis, & religionis. Neque verum est, pauperes dominos esse illorum bonorum. Non enim illis ea bona aliquae iure naturali, vel diuino competunt, sed solum iure positivo ecclesiastico, quo ipse Pontifex, vice illius conditor, ob hanc honestissimam causam dispensat. Quod si ex hac dispensatione plures luntur occasionem aliena surripiendi, non dispensatio, qua iustissima est, sed eorum malitia est tribuendum.

5. Secunda versatur difficultas, an alij præter Pontificem hanc remissionem facere possint? De Gubernatore Reipublicæ, & de Episcopo dubitari potest. Breiter respondero, ex clausa legi pontificia, lata in cap. *Cum tu, de usura*, optimè potest Princeps secularis hæc facere remissionem de bonis temporibus incertis, sive male ablatis, secus de ecclesiasticis bonis. E contra vero de ecclesiasticis bonis poterit Episcopus: fecit de temporalibus. Vtramque partem probabo: quia illa bona incerta temporalia, cau, quo iure naturali non competant occupanti, competunt reipublica, & consequenter eius gubernatori ecclesiastica vero bona Ecclesia, cuiusque Gubernatoribus debentur. Ergo secularis bona bene poterit Princeps secularis remittere: Episcopus vero in sua diœcesi poterit ecclesiastica. Notariorum dixi, *secula legi pontificia*: nam, ea stante, nequit alius, præter Pontificem, hanc facere remissionem, quia neque Episcopus, nec Princeps secularis, dispense possunt in prædicta legi, & cum ex ea obligantur aliena expensas integrè restituere, excusari non possunt ob remissionem Principis, vel Episcopi, & fortè ob hanc causam, & in hoc sensu negarunt Soto dicta *dub. 2. q. 2. art. 4.* Bannes *2. 2. q. 6. art. 5. dub. 8.* Nuñio in explic. *Cruciat. ad finem dub. 2.* Rodriguez in presenti *dub. 4. & 5.* Princeps secularis, & Episcopus hanc remissionem facere posse.

6. Tertiò, grauior difficultas est, an remissione facta viritate huius bullæ, si creditor comparcat, teneatis, ea bona restituere. In qua difficultate est certum, non esse obligatum restituere eam patrem, quam in subſidium bellū impendiavit, ut bene notauit Soto dicta *dub. 2. q. 2. art. 4.* Bannes *2. 2. q. 6. art. 5. dub. 8.* Nuñio in explic. *Cruciat. ad finem dub. 2.* Rodriguez in presenti *dub. 6. n. 8.* quia ea pars ex præsumpta creditoris voluntate, & autoritate Princeps consumpta est: alias ea compoſitione in damnum cui cederet. Secundò, certum esse debet, si post factam compositionem debita consumpti, neque ditor es factus, nullam tibi superesse obligationem restitundi: quia facta compositione bona fide possedisti, & consumpti: communem autem est, possessorum bona fide obligatum non esse restituere, quia bona fide consumplirit. Aque ita docent Soto, Corduba, Rodriguez, locis allegatis, Henrique lib. 7. cap. 34. n. 4. Villalobos tract. 29. n. 9. Tertiò est certum, excludat te esse à restituzione, si post remissionem factam tempus prescriptioni necessarium currit: quia, cum bona fide obſolidicas, præscribere optimè potes, vti notauit Villalobos *supra*.

Quare controversia inter Doctores est, an, si bona, quæ tibi in hac compositione remissa sunt, exent in specie, vel aequaliter, quatenus eorum occasione dirior factus es, cum creditor comparcat, neque præsumptione te tueri potes, teneatis ea creditori reddere. Affirmant Caicer. 2. 2. q. 6. art. 6. Corduba lib. 5. ques. q. v. Rodriguez, Villalobos, *supra*. Mouentur: quia Pontifex non absolutè remittit omnia illa debita; sed, dum creditor non compareat, quia non videtur rationi consonum, dominio suorum bonorum creditorum ignorum absoluere spoliare. Praterquam quod hæc remissio sit ex præsumpta creditoris voluntate, quæ præsumi non potest absoluta; sed conditionata, & limitata, dum ipse non compareuerit: id enim est ei vilius. Secundo, creditor poterit debita illa vbi conque imminet, vendicare, eaque postularare in iudicio, & iudex obligatus est reddere, vti tanquam certum affirmat Villalobos de Castro Sum. Mor. Pars IV.

Iacob. dicto tract. 29. n. 8. quæ omnia cum non nitantur falsæ præsumptioni, obligationem in foro conscientiae probant. 7. Nihilominus, eti prædicta lenitudo tenenda, & consilenda sit, probabilitate non caret, nullam tibi esse obligationem in foro conscientiae restituendi residuum, saltem quoque a Judice condemnaris. Sic docuerunt Bannez, & Sotus *supra*. Henric lib. 7. de Indulg. cap. 54. num. 5. Acosta de Andrade in presenti q. 9. & 94. Ratio est: quia negari non potest, posse Pontificem ea bona incerta si absolute distribuere, vt nulla sit obligatio ea reddendi domino postmodum competenti. Quippe ea distribuit, vt legitimus dispensator, & in bonum commune Ecclesie, quale est belli contra infideles subſidium. Itēque in spirituale bonum creditorum, & quidem in ipsorum gratiam ea remissio sit. Quod autem de facto sic fuerit distributio, & remissio facta, probat tenor concessionis, in quo nulla conditio est apostolus: sed absolute facta est remissio torius debiti, ergo elemosyna taxata: ergo abīque fundamento allitterat, limitatam esse pro tempore, quo dominus non compareat, cum beneficium Principis restinguere non debet, & licet hoc beneficium sic latè interpretatum cedat aliquo modo in creditorum præjudicium, patienter illud sustinere debent ob boni communis augmentum. Quippe huiusmodi liberalitate, & absoluta remissio incitat debitos ad hanc compositionem faciendam, qua subſidium belli maximè promovetur.

8. Hinc solutum manet oppositum primum fundamentum. Secundum autem petet, an hæc remissio pro solo conscientiae foro proficit, an etiam pro externo, & judiciali? Negant Corduba, Rodriguez, & Villalobos locis citatis. Sed rectius Acosta q. 94. affirmit, & quod Commisarij potestas ad hanc remissionem, & compositionem faciendam restricta non sit pro foro conscientiae, sicut fuit restricta potestas dispensandi in impedimento affinitatis. Quia ratione diximus, potestatem dispensandi in irregularitatibus, in interdicto, &c. pro utroque foro proficere: quia non fuit sub limitatione fori interni concessa. Verum, vt hæc compositione in foro externo tibi profit, & creditoris exigentib⁹ debitis possis exceptione compositionis repellere, debes, cum compositionem & remissionem obtines, præmittere autoritatem Commissarij informationem, te non posse creditori debitum reddere, vel, quia non compareat, vel, quia ita est absens, vt moraliter sit impossibile. Alias, si hæc informatione compositionis non præcessit, non poteris in foro exteriori aduersus creditorem te tueri: quia non constat de compositionis iustitia.

9. Quod si Index ob defectum huius informationis, vel esto, ea facta sit, quia credit remissionem factam esse à Pontifice, non absolutes, sed dum creditor non compareat, præcipias tibi reddere debitus, difficultate non caret, an in foro conscientiae obligatus sis obire. Quippe videtur illud præceptum nisi præsumptioni falsa, quod Pontifex non fecerit absolument remissionem. Verius tamen censco, re obligatum esse obire, & debitum reddere, non, quia remissio absoluta non fuerit, sed quia non fuit absoluta certa, & infallibiliter, sed folum sub opinione. Quo cau Index iuste procedit, imponens præceptum de illorum bonorum restituzione: Index namque potestatibus habet iudicandi secundum eam opinionem, quæ sibi verior, & probabilior visa fuerit. Cum autem ipse credit satis probabilitatem Pontificis fecisse remissionem, non absolute, sed pro tempore, quo dominus non compareat, iuste præcipit tibi ea bona domino competenti reddere: tu vero videris obligatus parere: quia præceptum illud non præsumptioni fallat, sed probabili nititur.

## S. II.

Expenduntur signatim casus, in quibus locum habet prædicta compositione.

1. Omnia iniuste acquisita componi possunt, non comparenta creditori post debitam diligentiam: & qua diligentia censetur sufficiens.
2. De fructibus beneficiorum qualiter fieri possit compositione.
3. Non habet locum in Canonica non residentibus, neque in Episcopis, & Parochiis.
4. Compositione fieri potest in mediata legatorum, que in satisfactionem bonorum, male acquisitorum facta fuerint, se legatorum per annum negligentes extiterint.
5. Compositione fieri potest de legatis, quorum legatarum post debitam diligentiam ignorantur.
6. Iudicibus ordinariis, vel delegatis permittitur compositione in rebus suscepis ob iniquam sententiam.
7. Item patrocinanti causam iniustum datur facultas se compendi.
8. Testi ob falsum testimonium, accusatori ob falsam accusationem, vel ob omisam accusationem debitam.
9. Iudicibus secularibus, & ecclesiasticis in causis temporalibus, ob administrationem iustitiae.

10. Scribus, Notaria, alii que ministris iubata, ob accepta ultra taxam.
11. Luforibus ob iniuste in dolo paria.
12. Huius qui ob simulationem pauperis, vel sanctitatis, aliiquid accepserunt.
13. Venatoribus, & pectoribus dannos inferensibus.
14. Maleribus inbonefis, causa turbiditatis aliqua recipientibus.
15. Falsificantibus mensuras, vel alia via proximos decipientibus.
16. Inventoribus bonorum, quorum dominus ignotus est.
17. Omnis illicita acquirentibus permittitur compositione, domino non comparente, dummodo sub fiducia compositionis acquista non sint.

**I**n Rm. inquit generaliter Pontifex, compositionem fieri posse de rebus furto, rapina, vitura, & alio quovis modo illico acquisitis, si creditor facta debita diligentia non comparet. Quia autem debita diligentia censenda sit, arbitrio prudentis relinquuntur, spectata debiti qualitate. Illud certum, illam diligentiam sufficientem esse, quam homines timorat conscientia in simili negotio praefare, ut docent Cordub. lib. 1. q. 44. 1. Medin. 1. 2. q. 76. art. 2. in fine. Rodrig. in presenti, dub. 8. n. 10. Villalob. n. 14.

**2.** Secundum, Ecclesiastici compositionem facere possunt de fructibus beneficiorum, alii que ecclesiasticis emolumentis male perceptis vel, quia non recitarunt Officium diuinum; vel, quia beneficium habuerunt absque titulo; vel, quia excommunicati, aut irregulares extiterunt: hac ramen conditione, ut ultra illos duos argenteos, quos in subsidium huius expeditionis erogant, pro remissione duorum milium maraperiorum alios duos argenteos tribuant Ecclesia in qua est beneficium, pro quo sit compositione. Etenim cum iure positivo ecclesiastico non recitantes Officium diuinum impediatur ab acquisitione dominij fructuum beneficiorum, sicuti, qui nullo beneficio tirolo legitimo gaudent, & in probabili sententi, qui irregulares, vel excommunicati existant, debeantique ex ipsorum iure positivo restituere fabrice Ecclesia, vel pauperibus omnes fructus sic acquisitos, merito Pontifex, qui bonorum ecclesiasticorum dominus, seu dispensator est, hanc remissionem concedit sub praedicta conditione, ut ultra elemosynam in subsidium alia similis fabricae Ecclesiae concedatur.

**3.** Haec tamen compositione locum non habet in Canonibus non residentibus, quando ob eorum defectum alii interessentibus fructus accrescunt: quia eo causa non est creditor incertus, sed certus, ut bene notauit Acosta q. 66. Rodrig. sic. dub. 2. n. 16. Villalobos tract. 27. claus. 13. n. 2. & tract. 29. n. 20. Similiter etiam huic compositioni locus non est in fructibus amissis ab Episcopo, Parrocho, aliisque curam animalium habente, ob non residentiam. Nam esto, praedicti fructus creditoris certi restituti non debeant, sed Ecclesia, vel pauperibus sint erogandi. Concil. Trident. sess. 23. c. 1. de reformat. ver. Si quia autem expedit prohibuit hanc fieri compositionem, ibi: Prohibita quacunque conventione, vel compositione, qua pro fructibus male percipiat appellatur. & notauit Nauart. c. 25. n. 122. Rodrig. ad Cruciat. n. 18. Villalob. n. 20.

**4.** Tertiò promittit Pontifex compositionem in medietate legatorum, que facta fuerit in satisfactione bonorum male acquisitorum, si legatarij per annum negligentes steterint in praedictis legatis recuperandis. Cum enim praedicta legata ex bonis iniuste partis, & aliis debitis facta fuerint, & legatarij illorum dominium non acquisierint, in modo in eius acquisitione negligentes extiterint, Pontifex, non in penam negligentiae, tum in bonum Ecclesia, & fidei augmentum, eis, credidores sunt certi, hanc compositionem permittit, non quidem de integrō legato, sed de illius medietate. Quapropter legatio integralia alia medietas est concedenda, debent tamen legata non excedere summam centum mille marapinorum, alias Commissarii generalis confundendus est, & solū ex eius contento compositione fieri potest. Atque ita tradidit Rodriguez. n. 19. Villalob. n. 21.

**5.** Quartò, est locus compositioni in legatis: & idem est de fidei commissariis, iuxta leg. A Tito. ff. de verbis obligat. leg. Iustit. ff. ad leg. Aquil. ante factis, vel tempore publicationis faciendis, quorum legatarij, vel fideicommissarii facta debita diligentia ignorantur. Differt hic causa à praecedenti: quia in praecedenti, eo quod noti erant legatarij, non permettebatur integrali legati compositione, sed solū de medietate. At in praesenti integra permititur, eo quod legatarij ignoti sint. Item, in praecedenti causa legata erant in satisfactionem bonorum male acquisitorum, quod tamen in praesenti non requiritur, ut adiuerit Rodriguez. n. 20. Villalob. n. 22.

**6.** Quinto, Iudicibus ordinariis, vel delegatis permittitur compositione in rebus suscepis ob iniuciam sententiam, ob dilationem causae, vel aliam similem iniustitiam in partis præjudicium. Circa quam concessionem adverte, parti latae satisfactionem integrę esse præstandam, neque in hac satisfactione

ne locum esse compositioni: quia est creditor certus, & iniuste vexatus. Deinde, si Iudex pecuniam accepit ob iniuciam sententiam, vel aliam similem iniustitiam faciendam, neque ramen praestitit, non erit locus compositioni, sed necessario reddenda est pecunia ei, qui dedit, ut ipso qui non absolutè, sed sub conditione prædicta iniustitia concesserit, qua conditione non posita dominum non amississe videtur. At posita ea iniustitia, esto, aliqui censeant nulli obligatione restituendi Iudicem affungi, sed in fato conscientiae prædicta sic turpiter acquisita retinere posse: quia tamen alii plures Doctores contrarium firmant, ut ipso conscientie securius, & viilius. Pontifex illorum remissionem, & compositionem concedit. Quod si Iudex non ob iniuciam, sed potius ob iustitiam sententiam ferendam aliquid acceperit, distinguendum est, si datum fuit ob redemptionem vexationis, & ob iustum timorem, ne à parte contraria subornaretur, compositione fieri non posset, sed danti debet restituiri, cum illius dominum non amiserit, si datum fuit liberaliter, ut eo munere motus danti fauorem praefare, locus est compositioni in sententia affirmante, obligacionem esse Iadicibus restituendi ea, que adversus leges positiua, prohibentes munerum receptionem, accipiunt: at in sententia negante prædictam obligacionem, quoque sententia condemnatoria accedat, cessar compositionis necessitas.

**7.** Sexto, Doctor, qui ob patrocinandam causam iniustam, sciente eo, in cuius fauorem patrocinatur, aliqua accepit, compositionem de accepisis obtinere potest. Nam esto, non sit apud Doctores certum, prædictum Adiutorium obligationem habere restituendi sic accepit ramen plurimum Doctorum: ideoque Pontifex compositionem concedit, ut omnem delinquens securitatem obtingat. Ob hanc ramen compositionem non excusat delinquens à satisfactione omnium dannorum, quæ parti contrariae ob iniustum patrocinium facta fuerint, ut in prædicta Bulla exprimitur: & merito: quia adest creditor certus, & iniuste damnificatus, ut bene notaru: Rodriguez. in presenti. n. 14. Villalob. n. 24.

**8.** Septimo, in iudice recedit restis, qui ob falsum testimoniū ferendum, accusator, qui ob falsam accusationem, vel ob omittendam accusationem, ad quam erat obligatus, & generaliter omnes Notarii, Scribæ, aliqui ministri publici vel personæ priuatae, qui ob iniustitiam faciendam, vel diligenter præstandam, ut fieret, aliqui accepserunt, compositionem obtingere possunt de sic accepisis: facta tamen parti latae integra satisfactione. Accepta enim ob turpem causam, calum, calo, quo restituenda sint, pauperibus, vel pīs opertibus restituiri debent. ideoque Pontifex potest compositionem concedere, sicut tradidit Rodriguez. num. 25. & 29. & Villalobos num. 25. & 26. & 29.

**9.** Octavo, Iudices scatulares, & ecclesiastici in causis temporalibus, qui ob administrandam iustitiam aliquia accepserunt, compositionem de sic accepisis possunt obtingere. Quod intelligendum est, quando, qui dedit, ignoravit, vel datum fuit in causa dubia ob finem subornationis: nam extra hos causas, ut bata adiuerit Villalob. num. 27. non est locus compositionis, sed danti debet fieri restitutio, si notis est, causa, quo in redemptione vexationis dederit: si autem omnino liberaliter, cessat in probabili sententia restitutio obligatio, quoque Iudicis sententia accedat, & consequenter compositionis necessitas. Notanter Pontifex, & Commissarius expresserunt, cum de Iudicibus ecclesiasticis loquerentur, compositionem facere posse de accepisis ob administrationem iniustitiae in causis temporalibus, quales sunt punice ecclesiasticum ob aliquod delictum, illumve ad solutionem debiti compellere, ratiocine indicantes, accepta ob administrationem iustitiae in causis spiritualibus, quales sunt matrimoniales, beneficiales, & ad sacramenta ecclesiastica que precepta pertinentes, compositionem effe non posse: quia est simonia: & ita Rodriguez. in presenti num. 27. Villalob. tract. 29. n. 27. Ceterum existim, etiam de accepisis ob administrationem iustitiae, & causis spiritualibus, compositionem esse posse: quia factis probabilis est, non esse restituenda danti, ut ipso turpitudinem committenti, ob quam iure positivo ei repetatio denegatur, & dati iure, & dominio priuatur, pauperibusque applicatur, in quorum locum subrogatur a Pontifice hoc bellum subsidium. Pontifex autem, & Commissarius expresserunt compositionem de accepisis ob administrationem iustitiae in causis temporalibus: quia sic accepta restitutio necessariò debet pauperibus, cum dominus est ignorans, vel causam subornationis dedidit. At accepta ob administrationem iustitiae in causis spiritualibus, exploratum non est, an, & cui sine restituenda, idemque Pontifex abstinet à prædicta compositionis expressione, opinionibus locum relinqueat, vel certe id factum est, ut indicare Pontifex compositionem in alia materia nunquam fore necessariam: quia nunquam presumit, tam graue, tam exaxe delictum esse à Iudicibus ecclesiasticis commitendum, ut ob administrationem iustitiae in causis spiritualibus præsumat sine receptu.

**10.** Nonnō, conceditur Scribis, Notariis, aliquique iustitiae ministris,

ministris, ut compositionem obtinere possint de acceptis ultra taxam sui laboris: quippe ea, quae taxam excedant rationem precij obviare non possunt, ac proinde absque titulo accipiuntur: debent ergo restituiri: restitutio autem facienda est danti, si fieri potest aquila fuit deceptus, & eo casu non conceditur compositione. Si vero ipsi non posset fieri, pauperibus est facienda: & tunc est locus compositioni. Sic Rodrig. & Villalob. in presenti utique n. 18.

11. Decimò, compositione permittitur lusoribus in iis, quæ ludo acquiruntur, quorum restitutio facienda sit pauperibus. Hoc autem nunquam contingit, nisi quando eis, quo fuerunt acquistata, restitui non possunt. Sed, quando acquista ludo refectioni obnoxia sint, percutendum est ex tract. de ludo, quem Deo dante, breviter in lucem edemus. Interim videri potest Nautar. in summ. 19. Ludou. Lopez 2. p. instructor. c. 53. & segg. Ioan. Medin. de restit. q. 21. Sotus lib. 6. de inst. q. 5. Alcozer. de ludo per rotum.

12. Undecimò, compositionem facere possunt, qui simulantes lauditatem, vel paupertatem, aliquid datum ob hanc causam non meritorum, sed finaliter accepunt, nec valent danubis restituere. Quippe rite obligari sunt pauperibus, vel alii prius operibus restitutionem facere, cum illius dominum non acquisierint: datum enim ob cauam, celsante causa, datum non esse censetur, de quo Rodriguez. n. 47. Villalob. n. 31.

13. Duodecimò, qui occasione venationis, pescationis, vel alia via alienis sati, harere ditaribus, animalibus damnum intulerint, cum obligacione restituendi, beneficio compositionis vi possint, dummodo creditoribus, quibus damnum factum est, restitutio non possit fieri. Quando autem obligatio restitutio ex venatione, seu pescatione in alienis montibus, vel fluminibus, ex arbore incisione contingat, in tract. de restit. examinandum est: interim videri potest Rodriguez in presenti, c. 12. à n. 53.

14. Decimotertius, mulieres in honestas, quæ meretrices non sunt, compositionem facere possunt, si aliquid ob actum tutum accepert: similiter etiam homines ob predictam causam a mulieribus non vxoratis aliquid acciperentes. Taciens in hoc modo concessione indicatur, accepta a meretribus compositioni non subiecti: & merito: quia rite turpiter accepta sint, non turpiter retinentur: ex permissione enim reipublice fuerint recepta. At accepta a mulieribus in honestas, quantum turpitude a republica punitur, plures doctores firmant, restitutio obnoxia esse, tametsi plures alii contrarium sentiant: & ob hanc causam Pontifex compositionem permittit. Idemque

est dicendum de hominibus, qui ob eandem turpem causam a mulieribus non vxoratis aliquid accepert: per unitati enim illis compositione ob dubium, quod est, an fini obligati sic accepta restituere. Neque huic compositioni obstat, quod notus sit ista quo sic accepta sunt: quia ratione turpitudinis commissae dominum illorum perdidit, & pauperes, iure sie disponentes, succedunt. Non rarer Pontifex, & Commisarius exprefserunt mulieres non vxoratas: nam vxoratae, virore nullam bovitum suorum administrationem habentes, nisi ex conuenienti, & voluntate mariti nihil donare possunt, ac proinde quidquid ab illis fuerit acceptum, maritis restituere debet, neque compositionis est locus.

15. Decimoquarto, acquista adulterini mixtionibus, falsive ponderibus, aliisque similiter deceptione, componi possunt, dummodo decepti fieri non possit restitutio: quia pauperibus debentur, de quo Rodriguez. c. 14. à numer. 6. Aduertere in predicta deceptione plurimum creditorem notum esse, saltem in generale, tamen in particulari notus non sit. Notum enim est hominibus illis reipublica, damnum esse factum: qui autem sint ignoratur: ergo restitutio reipublice facienda est, ut hac via amittantur, quoad fieri possit, satisfactionem accipient, & consequentes non est locus compositioni, sicuti si scires, vni ex duabus rem à te professam deberi, non posses compositione vti, sed inter illos obligatus es dividere. Ergo sic est dicendum in presenti: Atque ita tradit Villalob. tract. 29. n. 37. & confitat ex his que diximus tract. i. de cose. disp. 3. p. 3.

16. Decimoquinto, permittitur compositione bonorum intentionum, quoniam dominus facta debita diligentia non comparat. Nam eto, plurimi Doctorum sententia firmet, inuenientem ea bona retinere posse, & iij oppositum centent: quam opinionem, viro te lecuiorem. Pontifex amplectens compositionem concedit.

17. Tandem inquit Pontifex: Beneficio compositionis uti possunt quicunque res alienam, quacunque forma. Et modo, etiam illico, acquisi-ans retinent, creditore non comparent: dummodo non acquisierint sub spe, & fiducia huius compositionis. Quia quidem generalis clausula supradicta specialia, & alia, quæ referri possunt, comprehendit. Cenobentur autem sub fiducia huius compositionis acquirere, si eius occasione moueantur ad sic acquirendum, credentes beneficio compositionis retinere sic acquisita posse, saltem ex parte. Secus eslet, si futura compositione sperata causa, non fuerit iniqua acquisitionis, tametsi iniquam acquisitionem comiterit, ut bene aduerit Rodriguez. in presenti, num. 75. Villalobos num. 37.

